Objectum ſunt negotia gerenda, futura, 12. §. 14. vel abſolvenda; *60. de R. J. l. f. C. ad SCt. Macedon.* (in totum abſoluta, ratihabentur: *9. ff. 9. C. de N. G. Fr. h. n. 20. & ad tit. de N. G. n. 13.*) certa, *arg. 69. §. 4. de jur. dot. 115. pr. de V. O. junct. 60. pr. de V. S. vid. Vinn. ad §. 1. I. h. n. 1. Bach. V. 1. D. 27. th. 3. lit. a. & b. verb. ſed an de re incerta. Fr. h. n. 21 &c.* honeſta: *6. §. 3. ff. §. 7. I. h. 26. &c. 123. de V. O.* aliàs enim nec mandatarius mandanti, nec hic illi obligatur: *§. 7. I. h. Bachov. d. D. 27. th. 3. lit. g. Cz. p. 4. c. 6. d. 8. n. 2.* uterque tamen illis, quibus nocitum eſt, ex delicto obligatur. *11. §. 3. de injur. 15. §. 1. ad L. Cornel. de Sicar. 5. C. de accuſat. Cz. p. 1. q. 4. Bonac. tr. de contract. & reſtit. D. 1. qu. 2. punct. 6. per tot. Lugo de I. & I. D. 19. ſect. 2. Bach. d. D. 27. th. 3. lit. g. vid 12. §. 11. h. 8. pro emptore.* O

Fiat gratis, *§. f. I. h. 1. §. f. 56. §. 1. h. vid. ſupr. D.* inde diſtinguitur à locatione. *22. de P. V.* *HONORARIUM* tamen accedere poteſt: *6. pr. 7. ff. 1. C. h. arg. 2. §. 23. ff. vi bon. rapt. Fr. h. n. 26. Vinn. ad §. f. I. h.* quod petitur conditione certi, ſi ſtipulatione promiſſum ſit certum: vel actione mandati contrariâ, ſi pacto in continenti adjecto, promiſſum ſit. *arg. 56. §. p. h. 24. 25. §. 1. l. 26. §. 1. inf. depoſ. Gl. in l. 1. C. h. vid. tamen. Bach. V. 1. D. 27. th. 1. lit. e. Fr. h. n. 34.* vel extraordinariâ perſecutione, ſi pacto ex intervallo addito promiſſio facta. *7. ff. 1. C. h. Fr. d. l. n. 36.* Si verò nihil, vel incertum promiſſum ſit, ejus nomine nihil poteſt peti. *56. §. p. ff. 17. C. h. Fr. d. l. n. 37. &c.* niſi conditio mandatarii aliud ſuadeat: *1. §. 1. 10. l. 4. ff. de extraord. cognit.* ut ſunt hodie procuratores judiciales, Advocati & ſimiles. *Fr. d. n. 37. & 40. Bach. V. 1. D. 27. th. 1. lit. e. Papa deciſ. 68. num. 6. Papon. l. 6. t. 12. arreſt. 5.* R

Mandatarius principaliter obligatur ad diligentem & fidelem impletionem ejus, quod gerendum ſuſcepit, *22. §. 11.* & ad reſtitutionem ejus, quod mandati occaſione accepit. *10. §. 2. 10. pr.* Mandans obligatur minus principaliter ad indemnitatem præſtandam mandatario. *12. §. 9. 20. pr. 27. §. 4. h. Koppen. lib. 2. obſ. 58. n. 13.* hinc naſcuntur actiones directa & contraria. E

COMMENDATIO eſt, quâ præviâ vel additâ laudatione, generaliter ſaltem perſona vel res alterius benevolentiæ aut affectioni inſinuatur, *Tuld. in C. h. n. 2.* & ut illi, benevolentiæ ac humanitatis officia præſtentur, rogatur. *12. § 12. h. 19. pr. de ædil. edict. 11. §. 2. de Leg. 3. Finckelth. obſ. 16. n. 1. & 2. Cz. p. 2. dec. 126. n. 6. Mev. ad J. L. l. 3. t. 10. art. un. n. 3.* Hinc regulariter nulla naſcitur obligatio; *12. §. 12. h. f. C. quod cum eo, 37. de dol. Mant. de tac. & amb. conv. l. 7. t. 3. n. 12. Finckelth. d. obſ. 16. n. 1. &c. Cz. 2. dec. 126. n. 3. &c.* ¶. *Mev. d. l. n. 2. &c. Barboſ. in d. l. f. C. quod cum eo, n. 1. & 2.* Exceptiones tradit Finckelth. *d. obſ. 5. & c. Cz. 2. dec. 126. n. 10. &c. & in Juriſpr. p. 2. c. 18. def. f. Scheffer. part. 1. quæſt. 46.* SS E

CONSILIUM eſt, quo quis tantum, quid ſibi in re dubia faciendum eſſe videtur, oſtendit & ſuggerit; ſine tamen animo alterum ad illud faciendum, & ſeſe ad indemnitatem præſtandam obligandi; ſed illud libero alterius arbitrio relinquit. *§. 6.* SS

I. h.